

III.

NEOVIDENSIS

Nro 61. (*Neovidensis* Nro 84.)

Æneas, Romanae stirpis origo, ex consilio Sybillae Cumæae iter suscepit in Campos elysios, ut ibi a Patre Anchise exitum fatorum suorum percontaretur. Haec res ei ex voto cessit. Intrans intulit Proserpinae doni loco aureum ramum. Exiens etulit sequentem dissertationem: De novo instituto Viennae in Austria erecto.

Elysium -- Menm. -- Die Martis 30. Oct. 1804. (Neov. 16. Oct.)

T e x t u s :

Quærite, & invenietis; petite, & dabitur vobis; pulsate, & aperietur vobis.

Sacri Codices.

Quinq̄ue millia annorum elapsa sunt, & amplius, quod homo de sorte sua conqueratur. Nulla illi forte hæc in rem suppetit causa? Perpendamus tantum, quanta requirantur, ut educetur, conserveturque, quamve facili negotio sive necessitate, sive vio-

lentia circumstantiarum in ruinam præceps agatur. Non possunt omnes homines centena millia fl. hæreditate acquirere, aut lucrifacere, vel meditando invenire. Non sunt omnes mortales in tam felicem collocati statum, ut possint suas facultates, absque necessitate pro sui conservatione aliquid laborandi, pergræcari. Si subinde punctura acus, aut spina piscis, vel semuncia plumbi uno momento triginta annorum incrementum evertit, artificiosamque hominis structuram pesumdat, quid facient tot miseræ, quæ hominem quotidie sine numero circumdant, & ubique persequuntur. Hæc hominem respiciunt tantum, tanquam animal irrationale.

At homo præterea excellentioribus præ brutis animæ facultatibus præditus est. Ille ad societatem natus est, & factus, cui moralitatem præstare debet; Ut bonus sit civis, politos habeat mores, oportet. Si necessitates, & moralitatem in unum componamus, quam late patens aperitur campus? Qui Philantropiam ita eleganter depingunt, nulli tamen ne buccellam quidem panis porrigunt, illi naturam æquiparant figulo. Sed plane non vident, quam fragilia sint hæc vasa.

Orbis terrarum componitur ex villis, pagis, oppidis, & urbibus. Ruri præest mo-

ralitati
homines
& malis
repetitis
vatur u
viam i
magnis
qui in
minum
tium
oculos
rissim
quit c
gulo
nitatis

Ruric
viver
aut i
attig
pater
tem
oste
lis a
urbe
arce
quis
tum

ralitati Pastor, & Præfatus. Ibi, ubi se homines invicem noscunt, & suas in bonum, & malum inclinationes ex quotidiano usu, repetitisque actionibus sciunt, facile observatur uniuscujusque modus se gerendi. Obviam itur malo, æstimatur bonum. At in magnis Civitatibus, ubi nec illi se noscunt, qui in eadem domo habitant, ubi copia hominum, aliorum nullam attentionem habentium circumcursat, ubi excessus commissi oculos superiorum fugiunt, & sæpe severissima etiam Politia malevolorum facta nequit detegere, imo in majoribus urbibus singulorum corruptio speciem quamdam impunitatis obtinet.

In urbibus necessarii sunt multi famuli, Ruricolæ persuasum habent optimum esse vivere in civitatibus, audiverunt enim hunc, aut illum ibidem summum felicitatis apicem attigisse, ibi ad omnes dignitates, & divitias patere viam, sufficereque, ut quis suam sortem in meliorem mutet, ibidem se tantum ostendere. Hac spe animati, ut primum illis aliqua adversitas ruri occurrit, fugiunt in urbes, fingunt sibi aureos montes, æthereas arces, opes, pulchras domos, & plena exquisitis dapibus triclinia: Observemus tantum, quantis lætentur spebus de futura feli-

citare, quoties commemorant eos, quibus in urbe fortuna favit, & quomodo pleni talium cogitationum incedant.

Lucianus affirmat, juvenem hominem qui mythologicas fictiones in Homero, & Hesiodo legit, atque in illis Deorum factiones, bella, injustitias, incestus, adulteria, aliaque scelera laudari deprehendit, vehementer mirari, iisdem actionibus per leges civiles, & morales pœnas dictari. Eodem modo in admirationem rapitur Ruri educatus audiens in urbe principe omnia sus, deque misceri, non esse opus noscere sive Pastorem, sive Consulem, sive Præfectum; quomodo quisque secundum suum genium vivat, quin propterea se suorum vicinorum obreftationibus exponat. Talis vita placet, ergo curritur ad civitatem.

Facile quisque perspicit, quid possit perturbata phantasia. At proh dolor! Sæpe homo nescit, in quid debeat in tanta rerum multitudine oculos convertere. Sensim quidem modo vivendi elegantiori asuescit, at tamen agnoscit demum, in nullius os volare assas columbas. Pecunia ubique est necessaria, commoratio caro venit, Allatum marsum, quod ruri tolerandæ per annum vitæ suffecisset, intra hebdomadam evacuatur.

Iterum,
mum.
sed ad
ciuntur.
mitates.
jam er
tur, inc
tur nec
vendi,
in dies
tandem
cum ar
minibu
dibus

H
tia qu
ad illi
& sic
dolos
Hæc
gener
vigila
antec
tum,
apse
mult
eum
cui

Iterum, iterumque scribitur pro pecunia domum. Parentes, vel propingui submitunt, sed ad extremum ejus mittendæ tædio afficiuntur. Tunc ingruunt omnis generis calamitates. Cura de quotidiano victu omnem jam creditum exhaustit, debita accumulatur, incurritur in socios, qui eadem premuntur necessitate; quæritur, urgetur modus vivendi, sed incassum. Conditio hominis fit in dies miserabilior, pudet reverti domum, tandem rapimur in devia, inimus societates cum architectis Auroræ fortunatae, cum hominibus portentosis, felicitatem dolis, & fraudibus insequentibus.

Homines ex communi Classe, qui servitia quærent, & non inveniunt, pertrahuntur ad illicita, Fœminæ prostituunt pudicitiam, & sic replentur Civitates hominibus nequam, dolosis, fortunæ captatoribus, & furibus. Hæc est vera lues omnium civitatum. Huic generi hominum nulla politia potest satis invigilare. At, si principio statim, in hos, antequam depravati erant, fuisset inquisitum, forte multi ex infelicitate, (nam hi reapse infelices sunt,) fuissent erepti. Forsitan multi initio labori se accinxissent, si ad eum illico fuissent compulsi. Verum otium, cui semel assuevimus, perpetuo continuatur.

citare, quoties commemorant eos, quibus in urbe fortuna favit, & quomodo pleni talium cogitationum incedant.

Lucianus affirmat, juvenem hominem qui mythologicas fisiones in Homero, & Hesiodo legit, atque in illis Deorum fisiones, bella, injustitias, incestus, adulteria, aliaque scelera laudari deprehendit, vehementer mirari, iisdem actionibus per leges civiles, & morales pœnas dictari. Eodem modo in admirationem rapitur Ruri educatus audiens in urbe principe omnia sus, deque misceri, non esse opus noscere sive Pastorem, sive Consulem, sive Præfectum; quomodo quisque secundum suum genium vivat, quin propterea se suorum vicinorum obtretationibus exponat. Talis vita placet, ergo curritur ad civitatem.

Facile quisque perspicit, quid possit perturbata phantasia. At proh dolor! Sæpe homo nescit, in quid debeat in tanta rerum multitudine oculos convertere. Sensim quidem modo vivendi elegantiori asuescit, at tamen agnoscit demum, in nullius os volare assas columbas. Pecunia ubique est necessaria, commoratio caro venit, Allatum mar-supium, quod ruri tolerandæ per annum vitæ suffecisset, intra hebdomadam evacuatur,

Iterum
mum.
sed a
ciuntur
mitate
jam
tur, in
tur no
vendi
in die
tande
cum
minik
dibus

tia q
ad il
& si
dolo
Hæc
gene
vigi
ante
tum
aps
mu
eun
cui

Iterum, iterumque scribitur pro pecunia domum. Parentes, vel propingui submitunt, sed ad extremum ejus mittendæ tædio afficiuntur. Tunc ingruunt omnis generis calamitates. Cura de quotidiano vidu omne jam creditum exhaustit, debita accumulatur, incurritur in socios, qui eadem premuntur necessitate; quæritur, urgetur modus vivendi, sed incassum. Conditio hominis fit in dies miserabilior, pudet reverti domum, tandem rapimur in devia, inimus societates cum architectis Auroræ fortunatae, cum hominibus portentosis, felicitatem dolis, & fraudibus insequentibus.

Homines ex communi Classe, qui servitia quærent, & non inveniunt, pertrahuntur ad illicita, Fœminæ prostituunt pudicitiam, & sic replentur Civitates hominibus nequam, dolosis, fortunæ captatoribus, & furibus. Hæc est vera lues omnium civitatum. Huic generi hominum nulla politia potest satis invigilare. At, si principio statim, in hos, antequam depravati erant, fuisset inquisitum, forte multi ex infelicitate, (nam hi reapse infelices sunt,) fuissent erepti. Forsitan multi initio labori se accinxissent, si ad eum illico fuissent compulsi. Verum otium, cui semel assuevimus, perpetuo continuatur.

Gubernio Austriaco hæc gloria relicta est, ut consuetam suam beneficentiam in hoc quoque objectum extenderet. Vindobonæ novum institutum enatum est, quod huic malo medebitur. Inventum hoc Magno cuidam Viro referendum est in acceptis, cui Patria etiam post fata ejus immortales referet grates; Est hoc pulcherrimum Moralitati positum monumentum. Edictum hac de re in hunc sensum sonat:

Jam dudum, & de die in diem magis observata est necessitas regularis cujusdam domus laboratoricæ pro hac Cæsarea Urbe principali. Huic magni momenti necessitati paterna sollicitudo nostri Monarchæ medellam attulit. Ad mandatum suæ Majestatis 1-ma Octobris hujus anni in parte urbis Leimgrube dicta aperietur domus coactorum laborum. In hanc nemo suscipietur, qui alicujus delicti, aut gravioris politici excessus reus est; Pro talibus existit correctoria, & politicæ domus; E contrario idmodi homines, qui ob suum ignavum vivendi modum in periculo versantur corruptionis, & qui, ne illecebris corruptelarum irretiantur, retrahendi sunt, utpote otiosi, mendici, fugientes laborem, sponte sua, vel propria culpa carentes servitio, & qui nullum honestum se

sustentandi vitæ genus ducere possunt, in hanc laboratoriam domum pro indeterminato tempore mittentur eo fine, ut ibidem in laboribus exerceantur, Religionis principiis imbuantur, ad implenda hominis, & civis officia animentur, atque tamdiu detineantur, donec sufficientia emendationis dederint specimen, ut tanquam utilia Societatis membra iterum sibi ipsis absque omni relapsus metu relinquere possint. Cum hac laboratoria domo conjungatur etiam nonnunquam ratio corrigendi juvenes utriusque sexus e statu nobiliore, qui in distinctis cubiculis sub publica Inspectione per debita media ad frugem reducentur; at nomina eorum semper quam diligentissime silentio prementur. Quapropter Parentibus, Tutoribus, vel consanguineis, qui suos ab officio deflectentes adolescentes erga solutionem eo mittere percipiunt, seque hujus causa ad Domus administratorem convertere debent, liberum est, suos emendandos alumnos illuc tradere sub comentitiis nominibus. Hoc itaque novum Institutum non pro loco pœnæ habendum; sed in sensu strictissimo pro benigna, publica homines emendandi ratione. Ingredi ergo hanc Domum nullum est dedecus, & ejus nomini, qui egreditur, nulla inicitur macula, nam primum

nulii delinquentium, aut improborum illae aditus patet, deinde de omni, qui inde dimittitur, certum est, eum meliorem hominem, diligentior civem, & magis utile Societatis membrum futurum.

Nunc tandem in margine infelicitatis consistentibus licebit inclamare: Quærite, & invenietis; petite, & dabitur vobis; pulsate, & aperietur vobis.

Ex hoc instituto sequentia procul dubio in genus humanum dimanatura sunt emolumenta: 1. Otium tolletur, homines ignavimiventur, & laboriosorum plena erunt omnia. 2. Ex otio nascitura scelera exstirpabuntur. 3. Civibus procurabitur major securitas, & Domini magis fideles nanciscentur servos. 4. Boni mores veris Religionis principiis conformes inducentur. 5. Denique Probi, & solertes educabuntur homines, atque --- hoc omnino efficit bonum, meliorem, imo optimum mundum.

N E

Ulyss

c

j

j

u

i

u

Elysium

Vocife

let a

nem

quam

An

latio

acus

rius

pæis

ptis

dum